



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 18. Ignatianæ Societatis incrementa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

„dubitarem: cum vero erecto collo Sæcul. XVI.  
 „præcipuos fidei articulos aggredaris, A.C. 1543.  
 „salva religione ad tuos ausus obmutem-  
 „scere haud valeo. „

Ceterum Cochlæus insuper inter sua opera recenset tractatum de igne animas defunctorum purgante contra duos Andreæ Osiandri sermones, & pariter in compendium redegit Cleri atque Universitatis Coloniensis judicium circa Buceri librum, qui paulo ante typis excusus prodierat.

### §. XVIII.

#### *Ignatianæ Societatis incrementa.*

Haud minorem nominis sui famam, *Orland. hist.*  
 quam Cochlæus suis elucubratio- *Soc. l. 4. n. 1.*  
 nibus paraverat, etiam Ignatius sibi con- *Bouh. vie de*  
 ciliaverat præclaris novi Instituti sui in- *S. Ign. l. 4.*  
 crementis; quippe frequens erat illo- *p. 260.*  
 rum concursus, qui huic Societati no-  
 men dare postulabant, quin imo ipse sum-  
 mus Pontifex non modo legem, qua So-  
 ciorum recens aggregatorum numerum  
 olim duntaxat ad sexaginta restringe-  
 bat, dein relaxavit, sed etiam alio di-  
 plomate postea edito indulxit, ut Ignatius  
 sumpto prius experimento suæ So-  
 cietati illos omnes adjungere posset,  
 quotquot ad amplectendum hoc vitæ  
 genus sese eidem oblaturi essent. Da-  
 tum est hoc Pontificis Decretum die  
 quar-

Sæcul. XVI. quarta Martii anno Domini millefimo  
A.C. 1543. quingentesimo quadragesimo tertio.

§. XIX.

*Conimbricense Collegium a Lusitania  
Rege conditum.*

*Bouh. p. 352.* Ex quo summus Pontifex hanc Bullam  
*Ort. n. 546.* ediderat, mox plures Italiæ, Hispa-  
niæ, Germaniæ ac Belgii urbes ab Ignat-  
io tanquam supremo Societatis Capite-  
tales Evangelii operarios, qui sub ejus  
disciplina adoleverant, sibi submitti po-  
stulabant, huncque in finem eidem offe-  
rebant Collegia, in quibus rursum alii  
efformari possent: Inde factum, ut pau-  
cæ admodum Catholicorum regiones  
essent, ad quas Ignatii Discipulis non  
pateret aditus, præcipue vero in Lusi-  
tania Joannes hujus nominis tertius Co-  
nimbricæ in Beirana Provincia Societa-  
ti Collegium exstruxit, quod quasi Se-  
minarium esset illorum, qui ad novi  
Orbis regiones pro annuntianda Christi  
fide destinandi essent. Insuper idem  
Rex ex hisce Sociis unum sibi selege-  
rat, qui ipsius conscientiam moderaretur.

§. XX.

*Cæsar is adventus ad comitia  
Spirensia.*

*Sleid. l. 15.* Sub idem tempus Carolus V. Cæsar  
*p. 502.* Cameraco discessit, ad Imperii comi-  
tia